



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina
Evangelica De Meditatione mortis**

Kispenning, Henricus

Antverpiæ, 1583

Petrus Apostolus, Christi negator. liij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](#)

VIRI NINIVITÆ.

Post dies quadraginta subnuntiendam Niniviam **Caput**
 Nas à Domino iussus predixerat: & tamen **NINI-LIII.**
 VITIS in cilicio & cinere, atque ieuniis pœnitentiam **Iont. 3.**
 agenibus ignoscitur. Et quoniam illi peccati superbius **Mar. Matul-**
 in pœnitendi humilitatem conuerterant, diuinum de- **lus, Euang.**
 cretum revocatur: nimis ea pœnitentia vis est, ut **lib. 1. ca. 11.**
 immutabilis Dei mutare possit sententiam. Nec Deum
 ipsum pudet figulo se comparare, sicut in Ieremia legi- **Ierem. 18.**
 mu: qui vas luteum fingens, cum rota currente forte
 dissipasset, rursus illud in eandem faciem refecit: & ait
 Dominus, ecce, sicut lumen in manu filii. sic vos in manu
 mea, domus Israel. Repente loquar aduersum gentes &
 aduersus regnum, ut eradicem & destruam & disperdam
 illud. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo quod
 locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam
 super malo quod cogitavi ut facerem ei. Et subito loquar
 de gente & de regno, ut adificem & plantem illud, &c.
 De hac Ninivitarum pœnitentia, Christus in Enange- **Matt. 12.**
 lo dicit: Viri Ninivitiæ surgent in iudicio cum genera-
 tione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam
 gerunt in predicatione Iona.

PETRVS APOSTOLVS CHRISTI NEGATOR.

Ter negauit PETRVS Christum Dominum & **Caput**
 Magistrum suū: cui antea dixerat, Tu es Christus **LIII.**
 filius Dei viui. Nec simpliciter negauit: sed po- **Matt. 16.**
 tremò, ut Scriptura testatur, caput detestari & **Matt. 16.**
 urare, quia non nouisset hominem. Et conuersus Do-
 minus respexit Petrum: qui egressus foras fleuit ama-
 ri. Mirè hic commendatur Domini benignitas: quod in
 tanta constitutus despectione, Petri qui iam in ipsum
 tam

176 EXEMPLA PECCATOR. ET PECCATRIEV

Euseb. Emis- tam grauiter deliquerat, curam suscepit. Tenebatur
senus. Hom. turbis, trahebatur & flagellabatur, & tamen discipul
in Domin. memor, respectu eum consolatur & sanat, & sui vultu
Palmarum. illuminatione ad spem venire inuitat. Cognoscit igitur

Petrus reatum suum, cognoscit & voluntatem Domini
sui: dolet & paenitet, egreditur foras flet amare, certissi-
mè intelligens, quia sacrificium Deo spiritus contribu-
latus, cor contritum & humiliatum Deus non sperna.

Hic est paenitentiae modus: peccasti, quiesce, dole, & la-
cbrymare, & discere cum Apostolo flet amare. Eodem
Psal. 50. inquit Ambrosius, momento, eodem tempore respiciet n
Lucam. Christus. Respice Domine Iesu: ut sciamus nostrum
desfere peccatum, lauare delictum.

PAVLVS CHRISTI PERSECUTOR.

CAPVT

LV.

Bernard. ser.
1 de Cœurs.
Paul.

1. Tim. 1.

Historiam persecutionis & conuersationis S. PAULI
habes in Actis Apostolorum, cap. ix. **Q**uis des-
ret ultra pro magnitudine cuiuslibet criminis: quando-
quidem Saulum audiat adhuc spirantem minarum &
cedis in discipulos Domini, subito factum vas electio-
nis? **Q**uis dicat iniqutitatis pondere pressus, assuren-
iam ad studia meliora non valeo: quando in ipso itinere,
quo sanguine sitiens Christianum, dirum soto pectore viru-
efflabat: persecutor crudelissimus in fidelissimam repen-
itutatus est prædicatore? Magnifice siquidem in hac una
conuersione & misericordia magnitudo, & gratia effi-
cacia commendatur. Hinc S. Paulus ipse ad discipulum
suum Timotheum sic scribit: Fidelis sermo, & omni ac-
ceptione dignus: quod Christus Iesus venit in hunc mun-
dum peccatores salvos facere: quorum primus ego sum.
Sed ideo misericordiam consecutus sum: ut in me primi-
ostenderet Christus Iesus omnem patientiam ad informa-
tionem eorum, qui credituri sunt illi in vitam eternam.

M AT.